



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Eucharistia I. in se.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

EVCHARISTIA I.

In se.

EVCHARISTIA est Sacramentum continens sub specie panis, & vini, vel alterius eorum, verum corpus, & sanguinem Christi. cap. 22. num. 10.

Concil. Trid. sess. 13. sub anathemate definiuit circa Eucharistiam hæc sequentia.

I. Verum corpus & sanguinem Iesu Christi contineri realiter in hoc Sacramento. II. Nihil substantie panis, vel vini remanere post consecrationem. III. Sub qualibet specie, & sub qualibet parte separata contineri totum corpus & sanguinem Christi. IV. Esse idem corpus & sanguinem Christi in hoc Sacramento non solum dum sumitur, sed etiam ante, & in hostiis consecratis quæ reseruantur post communionem. V. Remissionem peccatorum non esse fructum eius. VI. Esse adorandum latræ. VII. Esse celebrandum peculiare festum illius, deferendumque in processionibus: & proponendum populo ut eum adoret. VIII. Sumi totum Christum realiter in Communione. IX. Adultos teneri communicare saltem semel in anno. X. Qui celebrat posse se ipsum communicare. XI. Non sufficere solam fidem ad bene communicandum.

Qui